



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Ad quid aqua & sal consecratur in Ecclesia. tit. 75

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

Tertiò inquit: Patrinus dùm dicit in Baptismo pro puero, Credo, abrenuncio, si loquitur pro sua propria persona, tunc hoc non prodest puero, sed tantum pro pueri persona, tunc nihil est, quia puer non habet fidem. Respond. Quid profuit fides viduæ mortuo Luca 7 nonne resurgit à morte, etiam mortuus non habuit fidem? sed fide matris iuuatur idèò inquit Augustinus, loquens in persona pueri. Et orans impetrat fidem, quam Deus infundit, et nondùm habet exercitium fidei, sicut dormiens iam habet fidem, habet tamen in Sacramento fidem, id est, parati sunt ad accipiendam fidem, quæ in exercitio & voluntate. Est sic pueri baptizati habent Sacramentum fidei, id est, parati sunt recipere illam actualem fidem.

*AD QUID AQUA ET SAL
consecrantur in Ecclesia.*

TITVLVS LXXV.



Primo notandũ, quòd huiusmodi Sacramentalibus, non vtimur in eum finem, vt sua naturali dignitate nos iustificet & saluent, sed idèò quatenus nos docent, & ostendunt aliquid aliud, sicut stella Magos duxit ad Christũ Mat. 2. Sic aqua, ad Baptismum susceptum cogitare dat occasionem: sicut voti emissi in Baptismo, ne putrescamus in stercorebus Sathane, id est, peccatis. Et hæc cogitatio, quatenus suspiramus pro gratia & remissione in vsu aquæ & salis, quatenus fidem eleuamus in Deum. Hæc meditatio cordis impetrat gratiam & misericordiam à Deo non virtus aquæ vel salis: & hic est potissimus finis in Ecclesia salis vel aquæ, & vsus illarum. Sic inspectio crucifixi facit recordari passionis Christi, prouocatur desiderium, quatenus nos Christus iustificet, & re-

tim donet. Non autem hæc crucis figura & lignum facit: Cor ad Deum clamat pro misericordia, non ad lignum crucis: sic de alijs cæremonijs & thurificatione, clamat cor ad Deum, vt preces ascendant, vexilla ingerunt memoriam victoriæ Christi de peccato & Sathana: Lumina, quòd Christus nos illuminat fide, qui est lux mundi. Hæc ad externum Dei pertinent cultum, non sunt virtus, sed maiestas virtutum, & teste nuclei. Mendacium ergo hæreticorum est, illis ligari salutem & remissionem peccatorum nostrorum. Vltus est Christus luto, Ioan. nono. & alijs cæremonijs ad significationem, non vt creaturæ hoc efficerent: lutum enim non sanauit oculos, sed Christus per lutū. Significatur autem per lutum, quòd leſus eſſet filius Dei & Deus, qui de limo terræ formauit hominem, Genesis 2. cuius diuinitatem negabāt Iudæi, nec aqua Siloe dedit viſum, ſed ſignificauit, quòd Chriſtus idèd factus eſſet homo, vt aqua Baptiſmi, & ſanguine ſuo nos ſaluaret, 1. Ioan. quinto. Sic vox Chriſti non excitauit Lazarum. Ioan. 11. ſed diuina virtus: ſignificabat autem vocem Dei, quam audituri ſunt in ſepulchris, vt veniant ad iudicium, Ioan. quinto. Sic digituli Chriſti in auribus ſurdi & muti, Marci ſeptimo, nec ſaliua aut ſuſpectio in cœlum, ſed quòd Chriſtus eſſet digitus Dei, Lucæ vndecimo. Et illius virgus eſſet deſuper, id eſt, à diuinitate. Sic ad ſignificationem ſunt cæremoniæ, non autem ipſi actus virtutum.

Secundò inquires: Si nihil aliud faciunt cæremoniæ, niſi quòd aliquid aliud ſignificent, ad quid tunc valet conſecratio? poſſuntne ſine conſecratione talia ſignificari? Anne aliam benedictionem & virtutem acquirant ex conſecratione creaturæ, quàm ſunt ex Dei generali benedictione conſecratæ? Genesis 1. Et vidit Deus quæcunque fecerat, & erant valdè bona & cæt. Reſpond. Deus omnia benedixit in creatione,

tione, sed peccato nostro contingit, quòd omnes creaturæ Dei armantur contra nos, Sapi. 5. Ideò denuò consecrantur verbo Dei & oratione, ne Sathanas nobis illudat per creaturas Dei, 1. Timoth. 4. Secundò Fides hæc, qua credimus omnia à Deo data, & gratiarum actio facit vt vsus nedùm corpori, sed etiam animæ valeat: sic nedùm significant, sed etiam per hæc præstatur gratia.

Tertiò, virtus nominis Dei inuocata super creaturam, nos certos reddit, & addit virtutem facilitatis impetrationis propter verbum, & c. scilicet, illa qua in orationibus & benedictionibus exprimuntur.

AD QUID EST NECESSARIUS Baptismus.

TTVLVS LXXVI.



Rimò notandum, quòd omnes peccauimus in Adam, Rom. 5. & 3. omnes peccauerunt, Iudæi & gentes, & egent gratia, id est, misericordia Dei, si saluati bêt. Et quoniam alieno peccato sumus oppressi, id est, corrupti, ideò Deus pater ex misericordia aliud ordinauit medium, id est, sanguinem effusum Christi, Esai. 53. vt illius virtute & alio merito, gratia iterum mundaremur & saluaremur. Hoc autem fit in Baptismo, qui aliud nihil est, nisi sanguis, quo de nouo anima lauatur merito sanguinis Christi, & liberatur à peccato originali & actuale, iterum regeneratur, & fit noua creatura DEI. Ioh. inquit Christus Ioan. 3. oportet nasci denuò, &c. Vt igitur peccata remittantur, & quatenus introeamus in regnum Dei, necesse est denuò regenerari. Quod donatur igitur peccatum originale & actuale in Baptismo propter fidem in Christum & Sacramentum adhibitum.

Secundò